In nobis pentacosten is grece dicitur quinqua
gesimum diem in lingua nostra consonat ex die
uidelicet paschae in quo dominus noster iesus christus a mor
tuis resurrexit quinquagesimum autem diem
in lege legimus; multis modis per figuram de sep
tem in octo sicut salomon dicit da partem his
qui sunt septem et his sequentibus octo sicut erat
annus iubileus in lege qui est annus remissionis
quem habebant iudei in quo unusquisque in suo
exiliens reuertebat et reos quoque mittebatur et
debitor resoluebatur annus ille requiem futu
re remissionis in christo praefigurabat haec om
nia in sacramento quinquagesimi cucurrunt
Quinquagesimus numerus resurrectio domini resurgen
tis a mortuis in his diebus per xl post resurrec
tionem nobiscum conuersans uiam ueritatis ostendit
Postea ascendit ad patrem unde numquam defuit
post x autem dies qui est hodie paracletum nobis
spiritum de caelis a patre misit sicut ipse pro
misit non relinquam uos orfanos sed mittam
uobis spiritum ueritatis qui a patre procedit
et ipse uos docebit omnia quaecumque dixi uobis et com
monebit uos

## OMELIA SCI AUGUSTINI